

CONCILIVM PROVIN. COLONIEN.

Iohan. 6 dit de ore dei. Cibus exterior carnem tatum mortalem reficit, & intrans per os, in ventrem vadit, & in secessum emittitur. Panis autem spiritus tam per verbum prædicationis, quam sacramentaliter in veritate corporis & sanguinis dominici, in viua fide comestus, viuiscat, reficit, ac vegetat animam, qui non perit, sed permanet in vitam æternam, & hunc qui ederit, non morietur in æternum. Id quod omnes p[ro]ij sciunt ac sentiunt, Viuus enim sermo dei est, & efficax, & penetrantior quovis gladio anticipi, ac pertingens usque ad diuisionem animæ & spiritus, compagumq[ue], & medullarum.

Hebr. 4

Fidelitas in primis in parocho requiritur. Cap. III.

I. Corin. 4 **H**ic iam inter huius cœlestis panis dispensatores quæritur, ut fidelis quis inueniatur. Fidelis, inquam, seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis escam in tempore. Beatus ille seruus, quem, quem venerit dominus eius, inuenierit sic facientem. Sin secus, veniet dominus serui illius, in die quo non sperat, & hora quam ignorat, & diuidet eū, partemq[ue] eius ponet cum hypocritis, ybi erit fletus & stridor dentium.

Matth. 24

Quis sit fidelis verbi dispensator. Cap. IIII.

I. Johā. 4 **I**s autem fidelis est dispensator, (attestante diuinissimo Iohanne) cuius scopus unicus ille Christus est, & cuius spiritus constitutus Christum in carne venisse, id est, ut diuus Paulus interpretatur, qui docet apparuisse gratiam dei & saluatoris nostri omnibus hominibus ad erudiendum nos, ut abnegantes omnem impietatem & secularia desideria, sobrie, iuste, & pie vivamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum glorie magni dei & saluatoris nostri Iesu Christi. Qui, inquam, docet eundem Christum Iesum dominum nostrum hominem factum, ut daret semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniustitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Quibus verbis sanctus Paulus duas in Christo naturas, verbi scilicet & carnis indissolubili vinculo cohærentes, & utriusque naturæ rationem complectitur, Verbi, quatenus erudit nos, docens quæ sit voluntas patris, quam facientibus denuntiat præmium, praewaricantibus vero p[re]cnam æternam. Carnis vero, quatenus datus & immolatus est pro nobis in ara crucis. Agnus immaculatus & victimam tollens peccata mundi, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius, & eadem cogitatione armemur, quia qui passus est in carne, desist a peccatis, ut iam non desiderijs hominum, sed voluntate dei, quod reliquum est in carne temporis vivamus. Omnis autem spiritus qui soluit Iesum, ex deo non est, & hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam venit, & iam in mundo est.

Johan. 1.

3. Pet. 2

1. Pet. 4

I. Johā. 4

Omis